



Theologiæ Spiritualis Scholasticæ Et Moralis Tomvs ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Joannis Duns Scoti D. Augustino Conformem

In quo tractatur de Providentia Divina, Prædestinatione & Reprobatione.

Item de Fide Divina, ejus veritate, obscuritate & credibilitate

Bosco, Jean a

Antverpiae, 1686

Concl. III. Etiam media extrinseca, inter quæ computamus bonam indolem, dispositionem corporalem, nasci tali vel tali loco aut tempore, possunt esse effectus prædestinationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73708](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73708)

gratæ auxilia, sed etiam extrinseca media salutis possint esse effectus prædestinationis? Responsio erit

CONCLUSIO III.

Etiā media extrinseca, inter quæ computamus bonam indolem, dispositionem corporalem, nasci tali vel tali loco aut tempore, possunt esse effectus prædestinationis.

Interrogat aliquis: equando sunt effectus prædestinationis? Respondeo: quando in electis habent effectum salutis: tunc enim sunt beneficia Dei, quibus electi certissime liberantur, id est, salvantur; ergo sunt effectus prædestinationis, juxta descriptionem prædestinationis ex Aug. sup. adductam: *Præscientia & præparatio beneficiorum*, quibus certissime liberantur, quicumque liberantur.

Porrò aliquando in electis media extrinseca & occasiones habere effectum salutis, colligimus ex Script. Matth. 24. v. 22. dicente: *Et nisi brevis fuisset dies illi (persecutionis Antichristi) non fuisset salva omnis caro: sed propter electos brevis fuisset dies illi.* Idem dicitur Mar. 13. v. 20. *Et nisi brevis fuisset Dominus dies, non fuisset salva omnis caro: sed propter electos, quos elegit, brevis fuisset dies.* Abbreviatio ergo illorum dierum procedit ex voluntate salvandi electos, & est extrinseca causa vel conditio sine qua non salutis eorum, adeoque effectus prædestinationis eorum. Item Sap. 4. v. 11. scriptum est de justo electo: *Reptus est; ne malitia mutaret intellectum ejus.* Quod sic explicat D. Aug. lib. de Prædest. SS. cap. 14. *Dicitur est (hoc) secundum periculum vite hujus, non secundum præscientiam Dei, qui hoc præscivit, quod futurum erat, non quod futurum non erat; id est, quod ei mortem immaturam fuerat largiurus, ut tentationum subtraheretur incerto, non quod peccaturus esset, qui mansurus in tentatione non esset.*

Et lib. de Dono persever. cap. 14. rationem, quare Tyrri & Sidonii non habuerint opportunitatem audiendi verbum salutis, & videndi signa, quibus fuissent conversi, constituit in eo, quod non fuerint prædestinati: *Si (inquit) Dei altiore judicio à perditionis massa non sunt gratia prædestinatione discreti, nec ipsa eis adhibentur vel dicta divina, vel facta, per quæ possent credere, si audirent utique talia, vel viderent.* Ergo à contrario indicat Aug. quod, si fuissent gratiæ prædestinatione discreti, fuissent ipsi adhibita talia dicta vel facta divina, quibus moti fuissent ad fidem suscipiendam; ita ut (inquit Theod. sup. n. 232.) *opportunitas audiendi verbum Dei, & videndi signa sit externum medium salutis electorum; & proinde effectus prædestinationis eorum.*

Estque idem (prosequitur dictus Auctor n. Tenus II.

233.) de omnibus aliis circumstantiis temporum, locorum & personarum, quæ sunt causa salutis electorum: nam illæ circumstantiæ, in quantum specialiter proviæ ad salutem hominis electi, sunt beneficia efficacia salutis; ergo in electis sunt ex prædestinatione; ac per consequens sunt effectus prædestinationis.

Sequela patet ex dictis. Antecedens probatur ex D. Aug. To. 10. lib. 50. Homiliarum (qui est D. Aug. vel ex Aug. collectus) Homil. 23. circa medium, ubi sic ait: *Adulter non fuisti in illa tua vita præterita, plena ignorantia, nondum illuminatus, nondum bonum malumque discernens, nondum credens in illum, qui te nescientem regebat. Hoc tibi dicit Deus tuus: Regebam te mihi, servabam te mihi, ut adulterium non committeres. Et, amabo, quomodo servabat? Partim per gratiam externæ protectionis; partim per gratiam internæ motionis. Nam subdit: *Suasor defuit, & ut suasor deesset, ego feci. Locus & tempus defuit, & ut deesset ego feci. Assuit suasor, non defuit locus, non defuit tempus, ut non consentiret ego tui (per internam motionem) Agnosce ergo gratiam ejus, cui debes, & quod non admisti. Itaque (concludit Theod.) circumstantiæ locorum, & temporum in quibus nascuntur, vivunt, & moriuntur electi; nec non conditio parentum, ex quibus nascuntur, & hominum, à quibus educantur, & cum quibus conversantur, sunt effectus prædestinationis, si proficiunt efficaciter ad salutem electorum. Sic ille.**

Ergo etiam bona corporis complexio, naturalis indoles ad bonum, & reliquæ dotes naturales (ut sunt bonum ingenium, si realiter distinguatur à substantia, artes & scientiæ naturales, divitiæ & honores) & alia bona naturalia possunt in electis esse effectus prædestinationis eorum, & de facto sunt, si efficaciter conducant ad salutem ipsorum. Ita docet Smil. sup. n. 235. Quem sequitur Felix de Prædest. Felix. cap. 5. diff. 4. n. 4. Supponit autem n. 1. quod bona naturalia non sint effectus prædestinationis tanquam causa meritoria vel dispositiva gratiæ & gloriæ; sed solum ut subiectum, in quo alii effectus prædestinationis recipiuntur, vel quatenus sunt materia, & occasiones virtutum, & ut sic aliquo modo adjuvant, ut prædestinatus consequatur gloriam.

Quod (inquit) dupliciter contingere potest. Primò, quia speciali Dei intentione sunt propter hunc finem, aliàs non fierent. Secundò, quod aliàs futura erant per providentiam naturalem; & à Deo ordinantur in hunc finem, quod fieri potest. Quod si primo modo fiant, dicentur effectus intenti per prædestinationem: si secundo modo, solum dicentur effectus per prædestinationem ordinati. Sic ille. Et tamen quid implicat, bona naturalia sic intendi, aut certe ordinari per prædestinationem? Nihil omnino. Ac per hoc ista bona supponunt voluntatem gloriæ, & conducunt ad ejus consecutionem; nam simul cum gratia complent unum integrum principium actus supernaturalis, qui conducit ad vitam æternam. Ergo

Q. 2

(insert

Circumstantiæ temporum &c. possunt esse effectus prædest.

46. Colligitur ex D. Aug.

Smiling:

47. Etiam bona corporis complexio &c. Smiling.

Felix.

48. Potest id dupliciter contingere.

Probatio ex Felice.

(inset Felix sup. num. 4.) erunt effectus prædestinationis; quia omnia, quæ sunt in prædestinato, cooperantur in bonum, ad Rom. 8. Sic ille.

49.
Ratio Smiling.

Smiling autem: ratio, inquit, est; quia ut sæpè dictum est, omnia Dei beneficia, quibus certissime salvantur electi, sunt prædestinationis effectus. Item; quia hæc non minus sæpè conducunt efficaciter ad salutem, quàm opportunum tempus nascendi, vivendi ac moriendi. Præterea: D. Aug. de bono ingenio ait lib. de Dono persever. cap. 14. non longè à principio: Ex quo apparet, habere quosdam in ipso ingenio divinum naturaliter munus intelligentia, quo moveantur ad fidem, si congrua suis mentibus vel audiant verba, vel signa conspiciant. Quidquid verò electis prodest, ut moveantur ad fidem, est prædestinationis effectus. Sentit ergo D. Aug. illud intelligentiæ munus, per se naturale, esse effectum prædestinationis in electis: idem autem est de aliis naturalibus donis, ad salutem ipsorum cooperantibus.

50.
Obiectio.
Felix.

Solving.

Smiling.

51.

An ingenium
hic realiter
distingua-
tur ab ani-
ma.
Felix.

Felix sup. putat distinguere; nam respondet ad dictam objectionem; certum esse, perfectiorem animam habere perfectiores potentias: quare (inquit) sæpè diximus; intellectum Angeli perfectiorem esse in aliquo sensu intellectu animæ Christi; sed per bonum ingenium non intelligimus substantiam intellectus; sed expeditionem quamdam & aptiorem usum huius potentia, quem habere potest prædestinatus, ortum ex bona complexione, aut naturali dispositione corporis, cui anima est conjuncta, quæ complexio decretata est à Deo post gloriam & gratiam, & esse naturale prædestinati. Sic ille.

52.
Instantia
ex D. Aug.

Non con-
vincit.

Urget aliquis ex D. Aug. de Prædest. SS. c. 10. Prædestinatio est gratia preparatio. Sed hæc dona sunt naturæ, & non gratiæ; ergo non sunt effectus prædestinationis. Respondet idem August. sup. talia dona esse elicitive à Deo, ut auctore naturæ, imperativè verò esse à Deo prædestinante, ut auctore supernaturali, id est, esse dona naturalia secundum substantiam, supernaturalia quoad modum, quæ ex August. de Dono persever. c. 14, sunt effectus prædestinationis. Sic ille.

53.
Bona tem-
poralia ca-
dunt sub
meritum.

Nonne bona temporalia possunt cadere sub meritum, & queunt esse obiectum secundarium Spei Theologicæ? Planè. Undè in Oratione Dominica & Litanis aliisque precibus tempo-

ralia bona petimus à Deo: petimus autem (modò sicut oportet petamus) in quantum nobis salutare est illis bonis uti, ob quod monemur petere in nomine Salvatoris, Joan. 16. v.

23. Amen amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Porro non petitur in nomine Salvatoris, juxta D. Aug. tract. 102. in Joan. circa principium, Quidquid petitur contra rationem salutis. Possunt ergo (concludit Theod. sup.) temporalia bona esse effectus prædestinationis; quia, ut sub meritum cadunt, & sub obiecto Spei continentur, reducuntur ad ordinem gratiæ, & ut salutaria sunt, revocantur ad ordinem gratiæ efficacis, ad eundem ordinem effectum prædestinationis. Ita Smiling.

Sed enim, reponit quispiam; hæc bona naturalia nullam proportionem habent cum gratia & gloria: ergo nullam utilitatem habent ad illas consequendas: ergo non sunt effectus prædestinationis. Respondet Felix sup. n. 6. concedendo Antecedens, & negando Consequentiam. Nam, inquit, ex hoc solum probatur, non esse merita vel dispositiones ad gratiam; non verò non posse deservire ad habendas has dispositiones, & ad recipiendam gratiam Dei.

Si inferas: ergo Deus dat quibusdam suæ gratiæ dona propter bonum ingenium, bonam indolem, bonas artes &c. quod est contra D. Aug. lib. 1. ad Simplic. q. 2. sub finem, & lib. 1. de Peccatorum merit. & remiss. cap. 22. Probatur Sequela: quia per aliquem priorem effectum prædestinationis potest quis mereri posteriorem, ut per opera fidei potest peccator mereri de congruo gratiam justificantem, & per opera bona, in statu gratiæ facta, potest mereri etiam de condigno augmentum gratiæ, & vitam æternam. Ergo etiam per bonum ingenium, bonam indolem &c. poterit quis mereri gratiæ dona, ut vocationem ad fidem, & reliqua. Respondetur negando Consequentiam. Ratio disparitatis patet ex statim dictis: nam dicta bona naturalia nullam habent proportionem cum gratia & gloria; scilicet opera fidei supernaturalis in homine peccatore, & opera bona supernaturalia in homine iusto.

Neque (inquit Felix sup.) inter effectus prædestinationis est ista connexio, ut secundum detur propter primum, tanquam per meritum vel dispositionem; aliàs nasci tali loco, modo & tali tempore non essent effectus prædestinationis propter eandem rationem, quod est contra Adversarios; sed sufficit, quod sint connexi ex intentione gloriæ, & liberalitate Dei conjungentis illos cum gratia, & non intuitu boni ingenii, bonæ artis &c. Undè bonum ingenium datur propter gratiam, ut per eam facilius homo moveatur ad fidem, ut docet August. lib. de Dono persever. c. 14. citato. Ita Franciscus. Post Theod. sup. n. 237. ubi dicit, non esse necessè, ut inter omnes prædestinationis effectus sit ille ordo, quod secundum detur propter primum; sed sufficit primum dari propter secundum, & utrumque propter tertium: atque ita inge-

ingenitum bonum v.g. datur propter gratiā, ut per eam facilius homo moveatur ad fidē; quia ingenitū perspicacia multū conducit, accedente gratiā, ad capiendam credibilitatem articulorum fidei, atque adeo ad fidem suscipiendam. Sic ille.

Nec obstat: quod bonum ingenium sit ali-
quando effectus reprobationis. Nam (inquit
Felix sup.) eū hoc dependeat à voluntate
Dei, eadem res, quæ respectu unius est effe-
ctus prædestinationis, respectu alterius potest
esse effectus reprobationis. Consimiliter res-
pondet Smiling sup. ad sequens argumentum:
Defectus ingenii, bonæ indolis, bonæ com-
plexionis, & aliorum donorum naturalium po-
test esse effectus prædestinationis: ergo bona
hiis malis opposita non possunt esse effectus
prædestinationis; quia oppositorum oppositæ
(vel saltem diversæ) sunt causæ.

Respondet, inquam, Theodorus, de agentibus
naturalibus seu necessariis verum esse, quod
oppositorum oppositæ vel diversæ sunt causæ
per se loquendo: libera verò agentia ex eadem
causa oppositis effectus, & ex oppositis causis
eundem effectum elicere possunt; ut patet in
homine, qui sua libertate utitur ad bonum &
malum, & eodem gladio ad homicidium ju-
stum & iniustum, & jam bona valetudine, jam
mala ad virtutis exercitium; nam perfecti non
de bonis tantum, sed malis etiam pœnæ Deo
gratias agunt. Quid ergo mirum, si omnipotens
Deus, qui omnia quæcumque voluit fecit,
possit de malis bene facere, & ex donis natura-
libus, eorumque defectu, & ex aliis oppositis
eundem effectum prædestinationis elicere?
Hæc ille. Adde ego: & effectum reprobationis?
Quod enim uni cooperatur ad salutem,
alteri deseruit ad perpetuam damnationem;
quia hic pro sua libertate re bonā malè utitur;
ille autem re bonā, imò & malā benè utitur.
Hinc pono sequentem Conclusionem, in
ordine

CONCLUSIO IV.

Mala pœnæ seu naturæ possunt esse
effectus prædestinationis. Et
ipsa quoque permissio peccati.

PER mala pœnæ seu naturæ intelligimus do-
lores, labores, misérias &c. quibus homines
afficiuntur; quæ mala (inquit Felix sup. dif-
finit. 5. n. 1.) cum summo bono non opponan-
tur, possunt esse à Deo directè volita & ordi-
nata in superiorem finem. Vide dicta Sect. 1.
Conclus. 7. quæ ait, Deum providere mala pœ-
næ. Tunc autem sunt effectus prædestinatio-
nis, quando Deus illorum est auctor ex inten-
tione eliciendi de malis illis aliquod bonum
pertinens ad salutem electorum. Est commu-
nis sententia (inquit Smiling. Sup. n. 254.) & ratio
colligitur ex dictis; nam juxta Augustinum,
omnia beneficia, quibus certissimè salvantur
electi, sunt prædestinationis effectus, & illa

mala, quatenus ex illa intentione illata à Deo,
sunt hujusmodi; quia licet per se non sint bo-
na, atque adeo nec beneficia; per accidens ta-
men, ratione boni annexi, ob quod intendun-
tur, ad ordinem bonorum & beneficiorum
reducuntur. Sic ille.

Quem sequitur Felix sup. n. 2. Probatur (in-
quit) ad Philipp. 1. v. 29. *Vobis donatum est pro*
Christo, non solum ut in eum credatis, sed ut etiam
pro illo patiamini. Et Job 1. v. 21. *Dominus dedit,*
Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum
est. Ubi de nece filiorum loquebatur, quod latè
probat Damascenus lib. 2. Fidei cap. 29. Ratio
est; nam hæc mala sunt in genere moris bona;
quippe materia virtutis & meriti: ergo possunt
assumi à Deo, ut media in finem gloriæ: imò
assumuntur in prædestinatis, cum omnia coo-
pererentur eis in bonum. Ita præfatus Auctor. Et
sanè tormenta Martyrum quis audeat negare,
assumpta fuisse à Deo in finem gloriæ? Cur
ergo non erunt effectus prædestinationis?

Quia, reponit quispiam, indecens est Deo,
ut ordinet hæc mala ad talem finem: nam tunc
diceretur, Deum illum hominem creasse, ut in
flumine v.g. suffocaretur, aut suspenderetur &c.
& quod Tyrannos creaverit, ut homines in-
terficerent. Respondet Felix sup. n. 3. Deum
non creasse hominem ut suffocaretur in flumi-
ne; sed ut gloriam consequeretur, ad quod or-
dinavit illam mortem, ut conditionem ad glo-
riam consequendam. Urget aliquis: Petrus v.g.
ordinatus fuit ad determinatum gradum gloriæ
ante prævisionem peccati: ergo ante prævisio-
nem pœnæ; nam pœna est propter peccatum;
ergo nullum malum pœnæ potest esse effectus
prædestinationis. Respondet idem Auctor eod.
n. negando Consequentiam; nam, inquit, præ-
videns Deus peccatum, voluit in prædestinato
aliquas pœnas & misérias, quibus benè utens,
& patienter sufferens ipse prædestinatus ad-
pisceretur gradum gloriæ determinatum, ad
quem erat electus. Sic ille. Igitur mala natu-
ralia, & mala pœnæ hujus vitæ, quibus electi
satisfaciunt, aut satisfatiuntur pro peccatis suis,
vel aliorum electorum, aut ex quibus aliis ex-
ercendæ fortitudinis, patientiæ seu alterius vir-
tutis occasionem habent, sunt effectus præ-
destinationis.

Dixi consilio: *Pœna hujus vitæ*: nam (inquit
Theod. sup. n. 255.) pœnæ purgatorii, quas
plerique electi sustinent post hanc vitam,
priusquam ad beatitudinem pertingant, non
sunt effectus prædestinationis, sed communis
providentiæ supernaturalis. Ita Smiling. Quem se-
quitur Felix sup. n. 4. Ratio est; nam licet sit
pœnæ removeant prohibens consecutionem
gloriæ, nempe debitum satisfaciendi Deo, cum
quo sancti decedunt, & ita pœnæ illæ numerari
possint inter media salutis; tamen quia hoc non
habent sub ratione beneficii, & ex intentione
gloriæ, sit ut non sint effectus prædestinationis.

Quod non sint beneficium, neque ex inten-
tione gloriæ, probatur: nam ad communem
providentiam spectat punire delicta sive in hac,